cones pro ipso parieti . . . . nulla pecunia soluta per ipsos Bartholomeum et suos heredes pro constructione parietis supradicti . . . . dicta Maria Inferiori parte construi faciet arcum unum, ut est in eo ad presens et in summitate domus eiusdem Bartholomei fieri faciet aqueductum ad hoc ut aqua pluvialis defluens ex tecto domus. dicti Bartholomei libere defluere valeat ad viam puplicam Contra que si factum fuerit dicta domina Maria obligavit se et suos heredes dicto Bartholomeo pro se et suis heredibus recipienti dare et solvere sibi pene nomine uncias auri duodecim et totidem Regie Curie me predicto notario penam ipsam pro parte curie recipienti et stipulanti et pena ipsa soluta vel non presens contractus cum eadem adiectione pene in suo robore perseveret *etc.* dicta domina Maria obligavit omnia bona sua *etc.* Iuravit sibi ad Sancta dei Evangelia adimplere perlecta. Quod scripsi ego predictus Gualterius puplicus notarius predictis rogatus Interfui et me subscripsi. *(Segue il segno).*

† Nicolaus Camberlingo q. s. Iudex, *(Segue il segno).*

. . . .

† Angelus de Elefanto . . . .

. . . .

N. 124. A. D. 1305 (19 agosto, Indiz. III).

Provenienza	Cattedrale.
Data di luogo	Barletta.
Rogatario	*Magister Spina not.*
Descrizione	Taglio rettangolare: alt. 0,28, larg. 0,21. Macchiata e sbiadita.
Scrittura	Gotica.
Contenuto	*Lucas, avunculus Iohannis Pinini*, vendette ad *Andreas de Iudice Gaudio* una pezza di terra della capacità di salme 10, in seme, messa in pertinenza *olim* di Canne, oggi di Barletta, per la somma di once 20 d'oro, da pagarsi dieci *incontinenter* e dieci dopo due anni.
Bibliografia	Inedita.